

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

**Americae tertia pars, Memorabilem provinciae Brasiliae
historiam continens**


**Staden, Hans
Léry, Jean de**

Francofurti ad Moenum, 1592

[Epistora dedicatoria]

urn:nbn:de:bsz:31-88707

SERENISSIMO PRINCIPI
AC DOMINO, DOMINO
GVILLELMO, COMITI PALATINO AD
RHENVM, ET VTRIVSQUE BAVARIE
Duci,&c. Domino suo Clementissimo.



NIDIT Serma U. C. Virginia Historiam, vidit & Flo-
ride, utramque ipsius nomini consecratam; priorem
Gallico, alteram Germanico idiomate scriptam: nunc
tertiam adfero BRASILIAM, Latino sermone lo-
quentem, quam non minus gratam Serma U. C. fu-

a

Epistola dedicatoria.

turam confido, quam duæ superiores, quas adeo benigne excipere dignata est, quandoquidem illis auctior hæc est, & rerum varietate utramque aliam longe superat.

Conscripta est autem ad diuersæ nationis hominibus; priore Germano, qui ante quadraginta annos in ea regione captus, multas eternas passus est: altero Gallo, qui aliquot post annos in eandem regionem vescus, plurima incommoda, præsertim in redditu, pertulit. Vtrumque tamen Deus pro sua immensa benignitate è tantis periculis eripuit.

Magnum porro inter incolas istarum Regionum est discriumen, cum in cultu, tum in moribus & Religione. Nam priores verecundi magnam corporis partem tegunt, pacis amantes sunt & proni ad veram Religionem (si monitorem nanciscantur) amplectendam, quandoquidem animorum immortalitatem credunt: Alii verenda quidem tegunt, sed reliqua parte corporis nudi incedunt, vafri & vindictæ cupidi Solem adorant. Hi vero abieciō omni pudore, omnino nudi semper ambulat tam viri quam feminae, ne minima quidem ulla corporis parte tecta, & tam efferata sunt rabie, ut quotquot hostes in ipsorum potestatem veniunt, pecudum instrament, atque insuper vorent: nullum præterea numen agnoscunt, prater fructum quendam iniectis lapillis crepitantem, ita a suis Sacerdotibus persuasi.

Ceterum ut nitidior in lucem prodiret hæc Historia, illam multis figuris affabre in æreas tabulas incisis, illustravi, quas nemo estimet quātis meis impensis, & quanto meo meorumque liberorum labore constiterint: nam singula figura multo plura continent, quam ulla superiorum. Adieci præterea Chorographiam non modo totius illius Regionis, sed etiam vicinarum Prouinciarum summa diligentia concinnatam, ut Historia plus ornamenti & lucis accedat, & Lectores tanto facilius Regionis illius suum obseruare possint.

Benigne ergo excipere dignabitur Ser^ma V. C. hanc BRASILIAM Historiam ipsius nomini consecratam, perinde atque duas superiores, & me meosque apud ipsam clementer commendatos esse patietur.

De vs opt. max. omni felicitatis genere prosequatur Ser^ma V. C.
Francofurti ad Mænum, Kal. Martij, M D XCII.

Ser^ma V. C.

humilimus cliens

THEODORVS de BRY
Leodiensis.